Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

apud dm̄ mortui deputantur. Vnde pia admonitio sub
infert quam dicit. Esto vigilans. et confirma cetera q̄
moritura erant. Acsi diceret. Si vis vivere. cave ne
laudem ab hominibus requiras. ne intentionem operis.
vivet elatio mentis. Hinc in euangelio dicit. Adtendite
ne iustitiam vram faciatis coram hominib̄. Non enim inve
nio opera tua plena coram deo meo. Illius opera n̄ sunt
plena coram deo. qui virtutes a dno sibi datas vitiis
cōmaculat. vel qui de bonis quę operat̄ exterius
humanam laudem querit p elationem mentis. Hinc in
euangelio dicit. Si oculus tuus fuerit simplex. totum
corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit. totum
corpus tuum tenebrosum erit. Cuncta enim hęc quę sub
duplici intellectu discussimus. possunt de his intelli
gi. qui sine caritate virtutes reliquas habere se
iactant. Notandum v̄ q̄d unigenitus dei filius unus
ds̄ scilicet cum patre et spū scō dm̄ se habere dicit p
humanitatem quam ex nobis atq; p nobis assumpsit.
secdm quam etiam clamabat in cruce. Ds̄ ms̄. ds̄ ms̄.
quare me dereliquisti. In mente ḡ habe. qualiter
acceperis et audieris. Hęc sententia singulis super
oribus intelligentię congruit sensibus. Et illis
potest aptari. qui reliquis virtutib; vigent. sed
uno facinore tabescunt. et illis qui vitam ab omni
crimine custodiunt. sed glam. inde humanam req̄
runt. Sed et illis qui sine matre virtutum quę est cari
tas. licet operationis genimina pariant. n̄ tamen ad
p̄fectionem p̄ducunt. Dicat ḡ. in mente habe qualit̄
acceperis a scis p̄dicatoribus. et qualit̄ audieris. quia